

## ■ Tekst 1

De bedrieger bedrogen

680 Illud erat tempus, quo te pastoria pellis  
681 textit onusque fuit baculum silvestre sinistrae,  
682 alterius dispar septenis fistula cannis;  
683 dumque amor est curae, dum te tua fistula mulcet,  
684 incustoditae Pylios memorantur in agros  
685 processisse boves. Videt has Atlantide Maia  
686 natus et arte sua silvis occultat abactas.  
687 Senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo  
688 rure senex: Battum vicinia tota vocabant.  
689 Divitis hic saltus herbosaque pascua Nelei  
690 nobiliumque greges custos servabat equarum.  
691 Hunc timuit blandaque manu seduxit et illi  
692 "quisquis es, hospes," ait "si forte armenta requiret  
693 haec aliquis, vidisse nega, neu gratia facto  
694 nulla rependatur, nitidam cape praemia vaccam",  
695 et dedit. Accepta voces has reddidit: "hospes,  
696 tutus eas! Lapis iste prius tua furta loquetur",  
697 et lapidem ostendit. Simulat Iove natus abire,  
698 mox redit et versa pariter cum voce figura  
699 "rustice, vidisti siquas hoc limite" dixit  
700 "ire boves, fer opem, furtoque silentia deme.  
701 Iuncta suo pariter dabitur tibi femina tauro."  
702 At senior, postquam est merces geminata, "sub illis  
703 montibus" inquit "erunt", et erant sub montibus illis.  
704 Risit Atlantiades et "me mihi, perfide, prodis?  
705 Me mihi prodis?" ait periuraque pectora vertit  
706 in durum silicem, qui nunc quoque dicitur Index,  
707 inque nihil merito vetus est infamia saxo.

*Ovidius, Metamorphosen II, 680–707*

## ■ Tekst 2

### De vertwijfeling van Medea

29 *Als ik geen hulp bied, voelt hij straks de stiere-adem blazen*  
30 *en moet hij vechten tegen zelfgezaaid en uit de grond*  
31 *ontstaan geweld, en rauwe prooi zijn voor een gulzig monster!*  
32 *Indien ik dat zou toestaan, is mijn hart van steen of staal,*  
33 *dat zeg ik eerlijk, of mijn moeder was een tijgerin.*  
34 *Dan kan ik evengoed mijn ogen medeplichtig maken*  
35 *en toezien hoe hij sterft! Waarom jaag ik niet zelf die stieren,*  
36 *dat uit de grond gestampte leger of die waakse draak*  
37 *tegen hem op? Goden bewaar me! Nee, ik moet niet smeken,*  
38 *maar doen. Wat doen? Prodamne ego regna parentis*  
39 *atque ope nescio quis servabitur advena nostra,*  
40 *ut per me sospes sine me det linthea ventis*  
41 *virque sit alterius, poenae Medea relinquer?*  
42 *Si facere hoc aliamve potest praeponere nobis,*  
43 *occidat ingratus! Sed non is vultus in illo,*  
44 *non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,*  
45 *ut timeam fraudem meriti que obliviam nostri.*  
46 *Et dabit ante fidem cogamque in foedera testes*  
47 *esse deos. Quid tuta times? Accingere et omnem*  
48 *pelle moram! Tibi se semper debebit Iason,*  
49 *te face sollemni iunget sibi, perque Pelasgas*  
50 *servatrix urbes matrum celebrabere turba.*  
51 *Ergo ego germanam fratremque patremque deosque*  
52 *et natale solum ventis ablata relinquam?*

*Ovidius, Metamorphosen VII, 29–52*

## Tekst 3

Het goud van Midas

85 Nec satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros  
86 cumque choro meliore sui vineta Timoli  
87 Pactolonque petit, quamvis non aureus illo  
88 tempore nec caris erat invidiosus harenis.  
89 Hunc adsueta cohors Satyri Bacchaeque frequentant,  
90 at Silenus abest. Titubantem annisque meroque  
91 ruricolae cepere Phryges vinctumque coronis  
92 ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus  
93 orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.  
94 Quem simul agnovit socium comitemque sacrorum,  
95 hospitis adventu festum genialiter egit  
96 per bis quinque dies et iunctas ordine noctes.  
97 Et iam stellarum sublime coegerat agmen  
98 Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros  
99 rex venit et iuveni Silenum reddit alumno.  
100 Huic deus optandi gratum, sed inutile fecit  
101 muneris arbitrium gaudens altore recepto.  
102 Ille male usurus donis ait: "effice, quidquid  
103 corpore contigero, fulvum vertatur in aurum."  
104 Adnuit optatis nocituraque munera solvit  
105 Liber et indoluit, quod non meliora petisset.  
106 Laetus abit gaudetque malo Berecynthus heros  
107 pollicitique fidem tangendo singula temptat,  
108 vixque sibi credens, non alta fronde virentem  
109 illice detraxit virgam: virga aurea facta est;  
110 tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro;  
111 contigit et glaebam: contactu glaeba potenti  
112 massa fit; arentes Cereris decerpsit aristas:  
113 aurea messis erat; demptum tenet arbore pomum:  
114 Hesperidas donasse putes; si postibus altis  
115 admovit digitos, postes radiare videntur.  
116 Ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,  
117 unda fluens palmis Danaen eludere posset.  
118 Vix spes ipse suas animo capit aurea fingens  
119 omnia; gaudenti mensas posuere ministri  
120 exstructas dapibus nec tostae frugis egentes.  
121 Tum vero, sive ille sua Cerealia dextra  
122 munera contigerat, Cerealia dona rigeabant;  
123 sive dapes avido convellere dente parabat,  
124 lammina fulva dapes admoto dente premebat;  
125 miscuerat puris auctorem muneris undis:  
126 fusile per rictus aurum fluitare videres.  
127 Attonitus novitate mali divesque miserque  
128 effugere optat opes et, quae modo voverat, odit.  
129 Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur  
130 urit, et invisio meritus torquetur ab auro  
131 ad caelumque manus et splendida bracchia tollens  
132 "da veniam, Lenaeae pater! peccavimus" inquit,  
133 "sed miserere, precor, speciosoque eripe damno."  
134 Mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem  
135 restituit factique fide data munera solvit.  
136 "Neve male optato maneat circumlitus auro,  
137 vade" ait "ad magnis vicinum Sardibus amnem  
138 perque iugum ripae labentibus obvisus undis  
139 carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,  
140 spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,  
141 subde caput corpusque simul, simul elue crimen."  
142 Rex iussae succedit aquae: vis aurea tinxit  
143 flumen et humano de corpore cessit in amnem.  
144 Nunc quoque iam veteris percepto semine venae  
145 arva rigent auro madidis pallentia glaebis.

*Ovidius, Metamorphosen XI, 85–145*

## ■ Tekst 4

In een moderne bewerking van het Midas-verhaal door de Engelse dichter Ted Hughes staat de volgende passage:

- 1 De Phrygische koning keerde terug door de tuin,
- 2 Popelend om zijn gave uit te proberen - maar ook bezorgd
- 3 Dat hij alles slechts gedroomd had
- 4 En nu hij wakker was de alchemie niet meer zou werken.
- 5 Hij brak een twijg van de laaghangende tak van een eik.
- 6 En onder zijn starende blik namen de bladeren meteen
- 7 Een diepgouden kleur aan, en zijn mond werd droog.
- 8 Hij voelde zijn hersenen merkwaardig trillen, als een spier.
- 9 Hij raapte een steen op en woog hem in de hand
- 10 Waar het in gewicht verdubbelde, toen nog eens verdubbelde
- 11 En plots felgeel werd.
- 12 Hij liet zijn hand langs een graspol strijken,
- 13 De sprietten bleven gebogen achter: zachte linten
- 14 Van bladgoud. Een rijpe korenaar
- 15 Was bros en droog en licht toen hij haar plukte
- 16 Maar een zware klomp goud, met een wirwar van aders
- 17 Toen hij haar tussen zijn handpalmen wreef. Dat
- 18 Was het moment waarop een kille gedachte
- 19 Hem iets in het oor leek te fluisteren.
- 20 Hij wilde de melkachtige korrels kauwen -
- 21 Maar geen ervan wilde loslaten uit het kaf
- 22 De aar was van goud - het koren oneetbaar,
- 23 Tot in de kern onbereikbaar verhard.
- 24 Hij fronste. Met de frons op zijn gezicht
- 25 Reikte hij naar een hangende appel. En plots
- 26 Met een haast onmerkbaar trek rond zijn mond,
- 27 Nam hij het gewicht niet meer zo blij in de hand.
- 28 Dit was een vrucht waarin hij niet wilde bijten,
- 29 Terwijl hij bedachtzaam de kleur ervan bekeek.

## Afbeelding

Deze afbeelding is afkomstig uit een 16e-eeuwse editie van de *Ovide moralisé*.



## ■ Tekst 5

Na terugkeer met het Gulden Vlies in Iolkos wil Jason met de hulp van Medea wraak nemen op zijn misdadige oom Pelias. Medea haalt Pelias' dochters over hun vader in stukken te snijden; zij beweert namelijk dat zij hem een verjongingskuur kan laten ondergaan door hem eerst te doden en hem daarna nieuw bloed te geven. Pelias' dochters geloven haar.

In de onderstaande tekst wordt beschreven hoe de dochters onder aanvoering van Medea de slaapkamer van hun oude vader binnen gaan om de verjongingskuur uit te voeren. Wanneer zij aarzelen, spooft Medea hen aan.

331 Intrarant iussae cum Colchide limina natae  
332 ambierantque torum. "Quid nunc dubitatis inertes?  
333 Stringite" ait "gladios veteremque haurite cruorem,  
334 ut repleam vacuas iuvenali sanguine venas.  
335 In manibus vestris vita est aetasque parentis.  
336 Si pietas ulla est nec spes agitatis inanes,  
337 officium praestate patri telisque senectam  
338 exigite et sanie coniecto emittite ferro! "

In regels 339–340 (hier niet afgedrukt) wordt verteld dat de dochters de bevelen van Medea opvolgen en op hun vader inhakken.

In de onderstaande tekst wordt beschreven hoe ze het nauwelijks kunnen aanzien en hoe hun vader een laatste poging doet hen tot bezinning te brengen.

340 Haud tamen ictus  
341 ulla suos spectare potest, oculosque reflectunt  
342 caecaque dant saevis aversae vulnera dextris.  
343 Ille, cruore fluens, cubito tamen allevat artus  
344 semilacerque toro temptat consurgere et inter  
345 tot medius gladios pallentia bracchia tendens  
346 "Quid facitis, gnatae? Quis vos in fata parentis  
347 armat?" ait. Cecidere illis animique manusque.  
348 Plura locuturo cum verbis guttura Colchis  
349 abstulit et calidis laniatum mersit in undis.

*Ovidius, Metamorphosen VII, 331–338 en 340–349*

# Eindexamen latijn vwo 2002-I

havovwo.nl

---

## Aantekeningen

- regel 331 **intrarant** = intraverant  
**iussae** zoals hun bevolen was  
**Colchis** de Colchische (= *Medea*)  
**limina** *Onzijdig meervoud* slaapkamer
- regel 332 **torus** bed
- regel 336 **spes inanes agitare** ijdele hoop koesteren
- regel 337 **officium praestare** een dienst bewijzen
- regel 338 **sanies** bloed  
**coniecto ferro** met een gerichte slag van het zwaard
- regel 340–341 **haud ulla** = *nulla Vul aan nata.*
- regel 340 **ictus** *Accusativus.*
- regel 342 **caecus** die ze zelf niet zien  
**aversae** met afgewend gezicht
- regel 343 **cubitum** elleboog  
**artus** *Accusativus.*
- regel 344 **semilacer** half in stukken gescheurd  
**torus** bed
- regel 346 **gnatae** = *natae*  
**in fata parentis** om jullie vader te doden
- regel 347 **Cecidere illis animique manusque.** Hun hart en handen raakten verlamd.
- regel 348 **Plura locuturo** En terwijl hij nog meer wilde zeggen  
**Colchis** de Colchische (= *Medea*)
- regel 348–349 **auferre guttura** + *dativus* iemand de keel afsnijden
- regel 348 **cum verbis** met woorden en al
- regel 449 **laniatum** *Vul aan corpus.*  
**calidis in undis** *Bedoeld wordt het hete water in de ketel waarin Medea het lijk van Pelias zal koken.*